

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6233

Auteur(s) : Raoul, Perruel, Notre-Dame de L'Isle-Dieu (abbaye, abbé)

Bénéficiaire(s) : Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1208, 6 avril-1209, 29 mars]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Raoul, abbé de l'Isle-Dieu, notifie la fin du conflit qui opposait sa communauté à celle de [Saint-Pierre de] Préaux et qui portait sur les dîmes des terres gagnées sur les bois et mises en culture dans la paroisse Saint-Denis-Le-Thibout. Selon le jugement de Robert, prieur du Mont-aux-Malades, de maître Gilbert de Marleiz et de maître Colomb de Mâcon, chanoines de Rouen, désignés par les parties pour juger l'affaire, l'abbaye de l'Isle-Dieu percevra les deux tiers de la dîme sur toutes les terres mises en culture après l'année 1204 et sur toutes celles qui seront ensuite gagnées sur les bois, le dernier tiers restant aux moines de Préaux. À propos du conflit concernant la chapelle Saint-Laurian, il est convenu qu'un moine de Préaux ou, à défaut, son représentant viendra chaque année à la Saint-Laurian [4 juillet] percevoir la moitié des offrandes faites ce jour là, l'autre moitié revenant aux moines de l'Isle-Dieu, et pourra y célébrer une messe.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° B130, p. 360-361.

Texte établi d'après a

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Radulfus, Dei gratia abbas, et conventus de Insula Dei, salutem et orationum suffragia. Noveritis quod controversia que vertebatur inter nos ex una parte et abbatem et conventum de Pratellis ex altera super decimis quarundam terrarum, scilicet de omnibus nemoribus infra limites parrochie Sancti Dionisii Le Tiebout, ad culturam attractarum de consilio judicum electorum a nobis et ab abbate et conventu de Pratellis, videlicet Roberti, tunc prioris de Monte Leprosorum, et magistri Gilberti de Marleiz et magistri Columbi de Maschon, canonicorum Rothomagensium, in hunc modum fuit sopita : scilicet quod nos percipiemus duas garbas per totas terras que fuerunt post annum ab Incarnatione Domini M° CC° IIII° ad culturam attracte et de omnibus terris que post predictum terminum a predictis nemoribus ad culturam attracte erunt vel quoquo modo laborate similiter duas garbas percipiemus, tercia autem garba remanente in pace abbati et conventui de Pratellis. Item controversia que diu agitata fuerat inter nos et dictum abbatem et conventum de Pratellis super capella Sancti Lauriani in hunc modum ad finem devenit : ita quidem quod monachus de Pratellis in die festi sancti Lauriani tamen habebit medietatem omnium oblationum que in die oblata erunt et nos aliam partem habebimus et ibi eadem die celebrabit missam, si voluerit. Qui, si forte defuerit, per famulum suum pacifice recipiet. Et, ut

ratum et inconcussum firmiter permaneat in perpetuum, presens scriptum sigilli nostri munimine dignum duximus roborare. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini M° CC° VIII°.